

„ Et ut hæc nostra ordinatio firmius obseruetur  
 „ fide juratoria compromisimus , quæ dicta sunt  
 „ illibata servare . Et si substituti , vel de cetero  
 „ recepti in fratres & Canonicos hujus Ecclesiæ si-  
 „ mili modo se noluerint obligare , tamdiu careant  
 „ portione , quamdiu idem præstiterint juramentum .  
 „ Quam quidem portionem , quam debuisset re-  
 „ cepisse Canonicus ipse si jurasset , quo usque di-  
 „ cūm præstiterit juramentum , Basilicanus vel Ba-  
 „ silicani , qui pro tempore fuerint in eadem Ec-  
 „ clesia , juramento adstricti apud se in custodia re-  
 „ cipient , eamque tempore basilicanatus ad utili-  
 „ tatem Canonicorum tunc præsentium & futuro-  
 „ rum in eadem , cum voluntate Primicerii & Ca-  
 „ pituli ejusdem , vel majoris partis ipsius , aut ipsi  
 „ soli si Primicerius & Capitulum ejusdem discre-  
 „ parit , investient , aut expendent in possessione  
 „ sine fraude .

„ Et quia Procurator sancti Marci tenetur apud  
 „ eum deposita fideliter custodire , ( f. deest per )  
 „ præsens statutum volumus quod habeat in co-  
 „ mendatione , quod si , absit , quispiam nostrum a  
 „ diabolo instigatus , contra juramentum ipsum vo-  
 „ luerit ire , pœna Canonica ipsum instrumentum  
 „ ostendente , valeat castigari .

„ Licet super hoc instrumentum juraverimus ,  
 „ & scripserimus singuli in ipso , cum tali inter-  
 „ pretatione juravimus , eam aperte declarantes ;  
 „ scilicet , quod possemus facere , & post nos fu-  
 „ turi , Canonicos plusquam vigintinovem , salvo  
 „ quod numerum portionum non excedamus ultra  
 „ triginta , quia de hoc etiam fidentia tenemur .

„ Et salvo per eamdem interpretationem , quod  
 „ , Do-